



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Decima Conclusio. Iudicis arbitrio relinquitur, an tortura semel illata poßit iterum repeti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

ri vel digniori. Huius Conclusionis doctrina maximè seruanda est in hoc crimen maleficorum, vbi ut plurimum primi rei confessio præbet occasionem latiorem inquirendi circa alios, & aperit quasi viam alijs indicijs: cùm ferè semper accidat, quod malefici vnius loci societatem, & vnum conuentum inuicem habeant. Quando autem non est magis verisimile de uno quam de altero, quod veritas facilius eruetur, tunc incipiendum à magis suspe-
cto. arg. L. i. in principio. ff. de quæstion. Bartol. ibidem, & Marsil. loc. cit. Is autem semper iudicatur magis suspectus de maleficio, qui pluribus, & urgentioribus laborat indicijs & suspicionibus. Indicia enim & argumenta redunt aliquem suspectum: & quo ea sunt grauiora & vehementiora, eo magis reddunt suspectum.

Decima Conclusio. *Iudicis arbitrio relinquitur, an tortura semel illata possit iterum repeti.*

BALD. in L. 2. C. Quod metus caussa. Barto. in L. Vnius. §. reus. ff. de quæstion. Marsil. in L. quæstionis modum. ff. eod. Salycet. in L. 2. C. de custod. reor. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. qq. casu 272. & alij alibi. Sed quia hæc Conclusio satis generalis, & Iudex suum iudicium latius extendere potest, quam ratio patiatur,

ri
lef
essio
cir
cūm
loci
ha
imi
faci
spe
Bar
mper
qui
js &
red
gra
sus.

tria
osit

erto.
rsil.
n L.
rar.
hac
di
pa
ur,

statur, ideo distinctius res explicanda est. Sit ergo

Vndeциma Conclusio. *Semel leniter tortus potest repeti in tortura, ut sufficienter torqueatur.*

BALD. in L. 2. C. Quorum appell. non recip. Marsil. in L. Repeti. de quæstio. & in pract. crim. §. Quoniam. num. 3. Alberic. in Rubr. C. de quæst. num. 8. & post alios plures Iulius Clar. lib. 5. §. fin. q. 64. num. 46. Franciscus Perna in 3. par. Directo. commen. 39. Menoch. vbi supra. Ratio à quibusdam redditur, quoniam leuis tortura non dicitur tortura, sicut nec febricula, id est, parua febris dicitur febris. Pro huius Conclusionis meliori intelligentia notandum, quod plures sunt gradus torturæ de quibus Iulius Clar. in d. q. & alijs clarissimus Paulus Grilland. in tract. de quæst. & tortu. q. 4. & ita à leuioribus tormentis incipiendum est, quibus si reus tortus veritatem fateatur, cessandum est à tortura. Cùm enim torturæ locus sit, quoties veritas aliter haberi non potest, à reo indicij grauato: sicuti non habet locum quando reus sine tormentis veritatem pure & simpliciter confitetur: Ita etiam ab ea cessandum, quando reus fatetur criminis, sicuti necessarium est. Habito enim fine, cessat motus. In casu huius conclusionis, vt notant DD. periti Iudices,

Xx 3 quan;